

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. I. Voces nunnallæ ad hujus intelligentiam mysteri necessariæ  
explicantur: præcipuè Trinitas, & Persona.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

VIII.  
Nulla in infinitus individuus seu species possibilium apparente implicantia.

IX.  
De potentia est vera & proprie Omnipotencia.

Ratio denique est: quæ enim vel apparet implieantia, cur alius mundus, hoc perfectior sit possibilis, & illo dato, cur alius eo etiam perfectior dari nequeat, & illo alius: ubi enim cum illa probabilitate hac sifset argumentatio; maximè cum Deus sit infinitè participabilis, & quæcumque datur creatura, imperfecta tantum sit illius similitudo & participatio.

Hinc tandem infero hanc Dei potentiam, esse Omnipotentiam, utpote quæ ad illud omne extenditur, quod in se non involvit duo contradictoria, adeoque sicut producendorum, seu possibilium nullus est numerus, ita nec ullus est terminus in virtute eorum productrice. Deinde passim Deus in Scripturā vocatur Omnipotens: Sic Genes 17. vers. 1. dicitur, Ego Deus omnipotens. Item Exodi 15. vers. 3. Dominus quasi vir pugnator, Omnipotens nomen ejus. Idemque habetur in Symbolo Apostolorum, Niceno, & Athanasii, estque hæc veritas non feniē ab Ecclesiâ definita.

X.  
Disputant hic aliqui, darine possit creature perfectissima. Sed hanc questionem latè discussi Disput. 46. phys. sect. 7. & 8. ubi eam ostendi dari non posse. Disputant alii unde sumenda sit radix possibilis creaturarum: quod perinde est, ac utrum Deus dicat ordinem transcendentalis ad creaturas: quam etiam questionem fusæ tractavi in Physicis, Disp. sexta.

XI.  
Denique circa id quod hic queri solet, an sci-  
licer efficere possit Deus, ut præterit non fuerint. An efficere  
possit Deus  
ut præterita  
non fuerint,  
& Aristotele declarat. Ratio est quam ibidem assignat S. Doctor; ex hypothesi enim quod res sit, implicat contradictionem eam non esse; cum ergo hypothesis præteritionis rei sit jam posita, planè impossibile est efficere, ut non sit posita, seu ut res non præterierit, ut per se videtur ma-  
nifestum.

## DISPUTATIO XLVIII.

### De profundissimo Sacro-sancta Trinitatis Mysterio.

**A**LTIVS hic erigendus est animus, divinusque Sol, infirmis intellectu, nostri oculis, quantum mortalibus fas est, luce tamen, quam ipse ad sui cognitionem in Scripturis, Concilis, ac Patribus cœlitus edocet, nobis subministravit, intuendus. Ad tam immensum quippe splendorē, & radios, cæcūtius omnes, nec tanti sublimitatem mysterii ac majestatem capere valemus. Vnde dum quidam propriis sc̄i viribus hoc penetrare, ac suis metiri captiunculis tentarunt, turpiter lapsi, in fœdissimos inciderunt errores, & inconsulta temeritatis gravissimas penas dederunt; siisque malo didicerunt, oppressum iri à gloriâ eos, qui scrutatores sunt Majestatis: de quibus suis plura locis dicentur.

Id vero in hac materia curæ in primis esse detet, non modo ut sanè quis, & ad orthodoxæ Fidei regulas conformiter sentiat, sed ut caute etiam loquatur, nec sensa tantum, sed dicta sua omnia ad Ecclesiæ normam, loquendi modum, exploret; nullibi quippe magis quia hic tenet verisimum illud Dr. Hieronymi dictum: Ex verbis inordinate prolatis incurrit heresis. Ad quam rem apostolè 8. Auſtinus lib. 10. de Civit. cap. 23. Philosophis, inquit, liberum est, quibus voluerint uti verbis, nobis autem ad certam regulam loqui fas est. Nunc rīm ipsam aggrediamur.

#### SECTIO PRIMA.

Voces nonnullæ, ad hujus intelligentiam mysterii necessarie, explicantur: præcipue Trinitas & Persona.

I.  
Quid Trinitatis nomine significatur.

**R**IMO explicanda occurrit vox TRINITAS, ab Ecclesiâ, passim usurpata, & huic mystério applicata: per eam vero tres Personas, & unam simplicissimam Essentiam, seu naturam in Deo esse denotat, ab omnibus

tribus Personis æqualiter per identitatem possessam.

Impie ergo Lutherus hunc versiculum è Litaniis, facrisque à majoribus institutis precibus expunxit, profanum Sancta Trinitas unus Deus misere nobis: non vocem Luthericam, magis, quam rem ipsam fortassis averstans. Nec enim, refert hoc verbum Trinitas in divinis literis non reperiri; id enim aliis vocibus, ut Incarnatio, Transsubstantiatio &c. contigit, in quibus cum res significata, in Scripturâ continueatur, Ecclesiæque à sponsio suo Christo per revelationem tradita, penes ipsam fuit, vocem quæ hoc conciperent, & de eo loquerentur fideles, instituere, & rem mundo novam novo verbo exprimere.

Quamvis

Vocum quarundam circa Trinitatem explicatio. Sect. I: 247<sup>c</sup>

III.  
Deus trinus  
in Personis  
dicitur, non  
triplex.

Quamvis autem Deus dicitur *trinus*, inquit S. Thomas hic q. 31. art. 1. ad tertium, ait tamen eum vocari non posse *triplicem*, cum hanc vocem dicat innuere in qualitatem, quæ in divinis Personis reperi non potest. Gravestamen Theologio non refugiunt concedere, Deum in Personis, non *trinum* tantum esse, sed *triplicem*. Videatur Vasquez hic disp. 131. num. 16. In eo tamen omnes conspirant, nec naturam divinam, nec Trinitatem vocari posse trinam, cum neque natura, neque Trinitas multiplicetur.

IV.  
Quidnam  
dicit vox  
Personæ.

Secunda vox, quæ hic explicanda occurrit, est *Personæ*, quæ juxta definitionem Boëtii, à S. Thomâ 1. p. q. 29. art. 1. & Theologis, uno excepto Scoto, receptam, est *Rationalis nature individualis* (seu *incommunicabilis*) *substantia*. Hanc etiam Personæ *acceptiōem* Patres, tum Latinum, tum Græcū, sub voce *τρόπων* approbant. Hinc S. Athanasius in suo *symbolo*: *Alia, inquit, est persona* *Patri, alia Filiu, alia Spiritus Sancti*.

V.  
Error Valla  
circumnotio-  
num Personæ.

Temerè ergo Laurentius Valla, lib. 6. Elegant. cap. 34. contra Boëtiū ostendere mititur, nomen Personæ non significare substantiam, sed qualitatem, nec Deo magis quam bruto convenire. Sed turpiter erravit Valla, nec contrā Theologiam tantum, cuius erat ignarus, sed contrā Grammaticam, artem suam, peccavit; prima enim latinitatis auctores Personam in hoc sensu usurpant, ut nimur substantiam, & humanae naturæ individuum significaret.

VI.  
Speciem  
est, ad quid  
nomen ali-  
quod signi-  
ficandum,  
sit imposi-  
tum.

Aliud ergo est, à quo hoc nomen desumptum sit; aliud ad quid significandum sit impositum, ut rectè observat S. Thomas 1. p. q. 29. art. 3. ad secundum. Hoc ergo nomen *Personæ* ab iis personis, quæ in comedisi ac Tragediis, diverse conditionis ac status homines repræsentabant est tradictum. A Gracis verò, ut dixi vocabantur *τρόπων*, quod larvas ante faciem ponendo, vultum obtegerent, & hoc modo incenderent personati. Quamvis autem ab his nomen hoc, suam traxerit originem, non tamen ad hos, sed ad individua naturæ aliqui subsantialis significanda, à Patribus ac Theologis est assumpsum, quibus proinde hac in parte, circa ingentem temeritatem refragari nemo potest.

VII.  
Ecc Perso-  
na definitio,  
anima sepa-  
ratam cō-  
quirit.

Nec contrā hanc *Personæ* definitionem urget, quod opponit Scotus in 1. dist. 23. q. 1. §. ad *Quæstionem*: quod nimur competat animæ rationali, à corpore separate. Hoc, inquam, non urget; per substantiam enim omnes intelligent substantiam completam, non incompletam, & ad totalis compositionem ordinatum.

VIII.  
Deitas non  
est Persona,  
quia non est  
incommuni-  
cabilis.

Nec etiam ex hac definitione sequitur, ut contendit Scotus citatus, quod *Deitas* sit Persona; particula enim illa *individualis*, ut Theologi omnes explicant, idem est atque *incommunicabilitas*. Unde quidam, ipso etiam S. Thoma hic, q. 29. art. 3. ad 4. non dissentiente, hoc nomine preferunt definitionem Personæ à Richardo de S. Victore assignatam, nempe, *Persona est rationalis nature incommunicabilis existentia*. Hoc, inquam, nomine illam præferunt, quia vox *incommunicabilis* clarius Deitatem excludit à ratione Personæ, utpote quæ est *communicabilis*. Alunde tamen definitio Boëti clarius est, *substantia* siquidem melius explicat rem per se existentem, quæ in definitione Personæ denotatur, quam existens.

IX. Substan-  
tia clarior  
est, quam  
existens.

Quamvis autem Deus dicitur *trinus*, inquit S. Thomas hic q. 31. art. 1. ad tertium, ait tamen eum vocari non posse *triplicem*, cum hanc vocem dicat innuere in qualitatem, quæ in divinis Personis reperi non potest. Gravestamen Theologio non refugiunt concedere, Deum in Personis, non *trinum* tantum esse, sed *triplicem*. Videatur Vasquez hic disp. 131. num. 16. In eo tamen omnes conspirant, nec naturam divinam, nec Trinitatem vocari posse trinam, cum neque natura, neque Trinitas multiplicetur.

SECTIO SECUNDÀ.

Aliæ quedam voces declarantur.  
maximæ *Visa*, *Essentia*, *U*  
*Hypothesis*.

TERTIA particula hic explicanda est *visa*, <sup>I.</sup> quæ apud Gracos idem significat, quod *natura* <sup>Oriens Gracis</sup>, seu *quidditas* apud Latinos. Unde propterea *Filius* in divinis Patri dicebatur *τεκτον*, quod *eadem* cum eo haberet naturam.

*Essentia* est primus èiusque rei conceptus: ab hac in eo differt *Natura*, quod dicat ordinem ad operationes; unde dicitur *Natura*, quasi *nascitur*. <sup>idem est, ac natura seu quidditas Latina.</sup> Hinc Aristoteles lib. 2. *Physicorum* *Naturam* definiit *Principium motus & quietis*, quod operationem, seu productionem denotat.

*Hypothesis*, si vim vocis, & etymologiam spectes, & substantiam significat, & subsistentiam: unde apud Patres olim magna fuit circa illius usum controversia; alii enim admittandam, alii penitus rejiciendam existimabant. Hinc S. Hieronymus ad S. Damasum, Romanū Pontificem, tanquam judicem controversiarum, super hac re scribit, ejusque sententiam & judicium requirit his verbis: *Obtestor*, inquit, *Beatitudinem tuam per Crucifixum, mundi salutem, per Homoosion Trinitatem, ut mibi epistolis tuis, sive tacendarum, sive dicendarum Hypothesem detur auctoritas.*

Imò olim in Ecclesiâ inter Orthodoxos libera fuit illius vocis acceptio, & nonnulli ex Sanctis <sup>IV.</sup> *Hypothesis* Patribus tres, ali non tres, sed unam tantum in *Deo Hypothesin* esse afferabant. Multis tamen ab hinc annis, nempe post Concilium Chalcedonense & Epheginum, omnis hac de re sublate est in Ecclesiâ controversy: Unde usus jam obtinuit ut per *Hypothesin* aliud non intelligatur, quam *Personæ*, seu suppositum substantiale naturæ intelligentis; sicque indubitate modo est, propriissimum in Deo reperiri tres *Hypotheses*.

*Subsistentia*, ut observat S. Thomas hic q. 29. art. 2. in *Corpo*, & ad secundum, apud Latinos *subsistentia* idem significabat olim, quod *Hypothesis*: nunc autem abstractius tam abstractius sumitur, pro ultimo scilicet termino, <sup>V.</sup> *subsistentia*, ita ut una cum *quidam Hypothesi* sumitur, seu complemento substantiae, ita ut una cum *Personæ* constituit Personam.

*Suppositum* duobus modis sumi solet: nonnunquam enim accipitur pro *subsistentia*: plerunque *Quid vocis* tamē usurpat pro toto, seu composito ex natura & substantia. *Suppositum* Latinus autem patet vox *suppositum*, quam *Personæ*: *suppositum* siquidem significat quodvis compositum ex natura & substantia; *suppositum* illa sit rationalis, *suppositum* irrationalis; nec enim Angelus tantum & homo, sed equus, leo, lapis, & alia irrationalia, & inanimata sunt *supposita*; non tamen *Personæ*; *Personæ* siquidem, ut diximus, solum competit composito ex substantia & natura rationali, Angelo nimur & homini, atque etiam Deo, quamvis Deus propriè non sit compositum, cum personalitas in eo à natura non distinguatur.

Tandem circa vocem *substantia* observandum: <sup>VII.</sup> licet, ut notat S. Thomas hic, q. 29. art. 2. Cor. *Quid modo* bisariat olim sumeretur, pro quidditate sci- *apud Scholasticos* licet rei, & etiam pro substantia, quo sensu San- *lificioris* *Substantia*.ctus Hilarius lib. de *Synodis* asserit, in *Deo non man-*tenet* Sub-*stantia.

X. 4. *ren*